REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 80r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



80

QVARTA declinatio hꝫ terminationes duas. .us. vel .u. In .us. quidem masculinum et femininum. In .u. vero neutrorum. ut hic multus hic multus. hic manus hic manus. hoc genu hic genu. Sed in .us. terminatum regulam superiorum totaliter. quam de secunda declinatione docebam. In .u. autem desinentia neutra tuenuntur indeclinabilia in singulari numero. in plurali autem secundum quartam declinationem inflectuntur. Ve. v. decliu.

QVINTA declinatio hꝫ unam terminationem. unius generis. in .es. producta. de qua superius ostendimus quam de tertia disserebam. ut hic meridies meridiei. Excipitur unum. hic vel hic dies diei. Incip de obliquis casibus.

PRIMUS declinatur genitivus vel dativus singularis in .ae. diptongon desinit. ut hic poeta hic poetae. huic poetae. Accusativus in .am. ut hunc poetam. Vocativus et ablativus in .a. ut o poeta. et ab hoc poeta. Nominativus et vocativus pluralis in .ae. diptongon. ut hii et o poetae. Genitivus in .arum. ut harum poetarum. Dativus et ablativus in .is. ut his et abhis poetis. Accusativus in .as. ut hos poetas. Differentiae causa notantur filiabus. natabus. equabus. mulabus. Sciendum tamen quod in graecis nominibus et quae graecis utuntur terminationibus auctores per diversos casus tam singulares quam pluralis proferebant.